



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 136. An præceptum observandi festa obliget sub mortali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

TRACTATUS III.

De Tertio & Quarto Præcepto.

CAPUT I.

Quid Tertium Præceptum:

Memento, ut diem Sabbati sanctifices.

Præceptum hoc, quatenus vult⁵⁷¹
 tempus aliquod sanctificari, et
 sive impendi cultui divino, et
 est naturale & adhuc obligat: et
 quatenus verò per id tempus et
 designatur dies Sabbathinus, et
 est cerimoniale, & in Novo et

Testamento abrogatum, ac pro eo ab Ecclesia et
 designatus dies Dominicus & festi; præscriptusque et
 modus colendi, ut quædam opera illis diebus et
 fiant, quædam non: hæc prohibentur, illa præci- et
 piuntur. Bonac. Laym. ex D. Thom. 2. 2. Q. 122. et

A D D E N D A.

Q. 136. *An Præceptum observandi Festa obliget
 sub mortali.* R. Affirmativè, nam Innocentius XI. ⁵⁷²
 damnavit hanc 52. Prop. Præceptum servandi Festa
 non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit
 contemptus. Et quamvis obligatio gravis obser-
 vandi Festa non constaret, neque ex sensu communi
 Fidelium, neque ex universali consuetudine
 Ecclesiæ determinantis Jus naturale & divinum,
 quo tenemur aliquando Deum specialiter colere,
 nihilominus

nihilominus ex hac damnatione obligatio illi fit evidens, quia cum ista Lex, prout cadit in certis dies, sit Ecclesiastica, ad Pontificem, qui primarius author est Legis, spectat declarare, an graviter obliget nec ne, ergo cum declaret graviter obligare, evidens est ita esse, *Carden. in 2 Crisi D. 32. n. 11.* Atque ex hac damnatione etiam sequitur, improbabilem esse sententiam illorum, qui dicunt nullum Præceptum graviter obligare, nisi si de aliquo, quod opponatur charitati Dei vel Proximi, nam in primis violare Legem quamcunque ex contemptu illius Legis seu potestatis Legislative, semper est mortale, uti tenent omnes, nec tamen est contra charitatem Dei vel Proximi, deinde certum est, quod Legislatores etiam humani in materia gravi possit graviter obligare, habet enim potestatem præcipiendi & prohibendi non restrictam ad obligationem tantum levem, ergo si declaret se velle obligare graviter, erit obligatio sub mortali, neque tamen transgressio erit contra charitatem Dei vel Proximi. *Nec refertur* quod omne mortale est subjecto, in quo est, expellat charitatem: *Nam* ex hoc tantum sequitur, quod omne mortale opponatur charitati subjective in quantum tollendo gratiam facit abesse Charitatem, sed non ideo semper opponitur objective, quia verum non est, quod omne mortale opponatur motivo formali Charitatis, quod est esse contra Charitatem.

DUBIUM I.

Qua opera tum hoc Præcepto, tum ab Ecclesia prohibeantur.

573 » R. I. Die festo prohibentur omnia opera servilia
» hoc est, quæ & versantur circa materiam externam &